

Legatio Lansakii ad Ordines Regni.

Reverendissimi, Illustri, Magnifici, Domini, & Vos Gene-
raliter Equites. ☉

Misit me Christianissimus Francorum Rex Dominus me-
us Clementissimus ad Vos Oratorem, ut illa quae nu-
per Parisiis, in Coadem Amiralii & aliorum commissa &
peracta fuerit Vobis patefacerem. ☉

At quamvis suorum Consiliorum atque verum a se ge-
storum, soli Deo nec cuiquam alteri rationem reddere
debeat, sua nihilominus invictissima Mitas, Vobis
tanquam Veteribus Amicis suis & praecipuis, si quos magnum
existimatione & honore prosequitur, si Singulare hoc benevo-
lentie symbolum exhibere voluit, quo velut quadam fa-
miliari communicatione participes certioresque faceret,
de seriis negotiis, atque majoris momenti in res sua succes-
sibus, ut ea res est, de qua mihi nunc sermo faciendus
est. ☉ In eoque sua Mitis istud est consilium ut pa-
ri vos erga se sinere Amicitiae vinculo devincere conti-
nuet, atque ut malevolis obturet ora, quodum concitus in
eo praecipue vertantur, ut commentis dolose confictis sua
Mitem apud exteros probris afficiant, & eam vicinis a-
micis & foedere conjunctis odiosam reddant. Verum tamen
cum Romanus Valentiniensis Episcopus, Sacratissimus
Diensis Comes, suo Mitis jam antea ad Vos Legatus,
qui praesens adest, ista quam habuit Oratione, totius fa-
cti seriem, atque candidam Veritatem, secundum mihi ad
Vos si quae illi aperui & communicavi si mandata, diluc-
de & satis ampla narratione exposuerit, paucis quae
mihi restant dicenda absolvam, Vereor enim ne am-
plissimum hanc caelum, in tantae molis gravi occupatio-
ne plus quam par sit retineam. Itaque satis mihi
fuerit, si Vos exortos habeam, ut firmum vatumque


habea //

—

172
Legatus
habeatis, ea qua Vobis Rōmis, Illūis, Magnificis,
Dñis & Generosis Equitibus, ab illo narrata sunt, et
se ipsamet quae voluerat, sua Mētē a me Vobis de-
clarari. Et si quid secus, aut potius quidquid aliter
Vobis nuntiatum fuerit, id omne falsum & comentitum
existimetis. Utq; signemini Amantē exāpere benevolā
mentem & a sincero illius corde manantem, quam affe-
ro Vobis suae mētis commendationem. O

Quod ad Serenū & Fortissimū Andium Ducem, Do-
minum meum colendū attinet, mihi pariter ille in
mandatis dedit, ut Illius ergo Vos Rōnos, Illūos,
Mag-Dños & Generosos Equites vehementer orem, qua-
tenus benignē seratis in sui favorem commendatam
recordationem, utq; se & propensam animi sui in ve-
strum omnium beneficium, a unanimem voluntatem su-
scipiat, ita candidē, uti verē & constantē, cuncta
iprius oratione dilucidā praefatus Dñus Valentinen-
sis Episcopus, Sereni atq; Fortissimi Ducis Andiu-
um iussū & nomine, Vobis Rōnis, Illūis, Mag-
Dñis, ac Gen: Equitibus exposuit & obtulit. O
Dixi.

Sanctae.
mauē ppriā



Ca est